# DE PROPOSITIONE.

I. Propoſitio eſt oratio unum de alio immediate enuntians.

II. In propoſitione diligenter advertendum, quid & quomodo enuntietur.

III. Diſcernenda igitur eſt & quantitas & qualitas propoſitionis, nec praetermittendae ſunt reliquae terminorum adfectiones.

IV. Propoſitio vel ſimplex eſt vel compoſita. Simplex in categoricam & complexam bene ſubdividitur.

V. In propoſitione complexa an & quando falſitas incidentis officiat veritati principalis, quaerenti declarabitur.

VI. Propoſitiones contradictoriae nunquam aut ſimul verae, aut ſimul falſae eſſe queunt.

VII. Contrariae, licet ſimul falſae, nunquam tamen poſſunt eſſe ſimul verae.

VIII. Nec ſubalternae, nec ſubcontrariae etiam ſtricte ſunt oppoſitae.

IX. Aequipollentiae modicus, converſionis propoſitionum nullus eſt uſus.

*I. Q. G. D.*

*TYPIS J. J. STAHEL,*

TYPOGRAPHI ET BIBLIOPOLAE AULICI ET UNIVERSITATIS.